

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

BIS IN MENSE PRODIT

Pretium annuae subnotationis, *ante solvendum*, est: in Italia Libellarum 10;
ubique extra Italianam Lib. 15; M. 12; Sch. 12; Doll. 3; Rubl. 6; Flor. 7½.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in extremis commentarii paginis
Lib. 0.50 pro unoquoque centimetro quadrato

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem
ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA

Subnotatio fieri potest:

IN RUSSIA

Apud GEBETHNER ET WOLF Apud "KRONIKA RODZINNA", Apud BURNS AND OATES

VARSAVIAE POLONORUM
Rakowskie Przedmiescie, 15.

IN ANGLIA

Apud "KRONIKA RODZINNA", Apud BURNS AND OATES

VARSAVIAE POLONORUM
Krakowskie Przedmiescie, 6

**IN CIVITATIBUS FOEDERATIS
AMERICAE SEPTENTR.**

Apud FRIDERICUM PUSTET

S. Sed. Ap. et S. Rit. Congr. Typ.

NEW YORK

52, Barclay Street. 436, Main Street.

IN GERMANIA

Apud FRIDERICUM PUSTET

S. Sed. Ap. et S. Rit. Congr. Typ.

RATISBONAE IN BAVARIA

IN CANADA

Apud LIBRAIRIE GRANGER FRÈRES

MONTREAL

1699, Rue Notre-Dame.

RERUM INDEX

POST LATINITATIS ET HISTORICORUM URBANOS CONVENTUS	v. II.
LATINITATIS CONVENTUS INTER VETERA URBIS MONUMENTA. — Dantis Vaglieri oratio	H.D.V. Pieralice.
HERSITES, IDEST DE HOMINE CONVICIATORI AC MALEDICO	M. Belli.
AULA CAPITOLINA CUI AB HORATIIS ET CURIATIIS NOMEN	Laelius.
DE LATINA ELOQUENTIA IN ARCHIGYMNASIO TAURINENSI	Subalpinus.
SPECTACULA LATINITATIS CONVENTU ROMAE PARATA	A. Costaggini.
EX POLONIA. De novis musicae artis operibus	I. Wabner.
FABULAE SELECTAE FONTANII A IOANNE BAPT. GIRAUD LATINE REDDITAE .	Fr. Xav. Reuss.
DE GOSSYPIO	P. Alexis.
SELECTA EX BIBLIOTHECIS ET ARCHIVIS. De recta pronunciatione lati- nae linguae dialogus	I. Lipsius.
ANNALES	Poplicola.
PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS	Scriba.
LIBRI RECENS DONO ACCEPTI	
AENIGMATA	

In tertia operculi pagina:

PER ORBEM	Viator.
VARIA: Donum singulare. - Maxima vaporitraharum	P. d. V.

ROMAE

EX OFFICINA PACIS, PH. CUGGIANI

35, Via della Pace

MDCCCCIII

Sociis et lectoribus Commentarii nostri vehementer commendamus instrumentum, quod, rei proprietate sibi vindicata, confecit

SOCIETAS LATIALIS EDITRIX

(ROMAE, Corso Umberto I, 219),

cui machinae nomen est:

SCRIPTOR AUTOMATICUS

(ITALICE "COPISTA AUTOMATICO ,");

quippe inter horas tres quodvis scriptum, qualibet in charta, millies reddat: epistolas, litteras eodem exemplo ad plures dimittendas, consultationes, edicta, invitationes, nuncia, acceptorum et datorum rationes, libellos, lineas vel figuræ descriptas, exemplaria, formas, musicen, et alia.

Societas ipsa fidem praestat Scriptorem hunc Automaticum tribus horis ex uno chirographo mille et ultra exempla exhibere, eaque omnia pariter nitida atque perfecta: — quinque temporis momenta satis esse ad eius usum discedendum; — chirographumque celeriter scribendo, non secus ac communi quovis calamo, parari.

Instrumentum, utili spatio disponens cent. 23 X 34 novum et ex omni parte perfectum **venit** libell. 45; atramenti ampulla (per aliquot menses sufficiens) libell. 4; folia singula ad chirographum scribendum libell. 0,15.

Premium solvi potest cum traditur merx; portatio vero fit ad impendium iubentis.

Una cum Automatico Scriptore paucae eaque simplices institutiones ad rite ipso utendum necessariae mittuntur.

GRATUITO

quisque habebit et experimentorum specimina et opusculum continens **plus sexcenta** de re iudicia.

Omnia petantur a

SOCIETATE LATIALI EDITRICE

(Romae, Corso Umberto I, 219).

SOCIIS MONITUM.

Sociis pluribus morem gerentes Idib. Novembr. an. MDCCCCII apud Commentarii *Vox Urbis* administratorem officium instituimus, quod de negotiis Ecclesiasticis sit; de expediendis scilicet rationibus omnibus, quae apud Romanæ Ecclesiae « Congrationes » aguntur.

Itaque si quis procuratione nostra uti velit, profecto temperantiam in pretio, studium atque alacritatem in opere inveniet.

T In Ita
Lib. 15

Qui, ge
de hi
bus mensis
sessione ph
plurima la
per clarissi
rimos, ex
adventantes
et de sente
mour Conv
unanimi vo
sermo in p
ter nationes
dus esset, q
sent civitate
invicem co
vix interlabo
gregatus e
genere sunt,
bat; at, aliq
bat ut ser
omnes gent
mercum sa
nendum » re

Haec duo
possunt eni
cupari - ali
num est et
tum quia
viri, quibus
est, et quot
pulcherrime
rem ex om
denique qui
logici conci
tinorum co
iter, omnino
pinum, quin
statuendum
esset, et con
ea necessita
mentioris es
gat undique
primos prov
auctoritate,

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PRETUM SUBNOTATIONIS:
In Italia: Lib. 10 — Ubique extra italicam:
Lib. 15, M. 12, Sch. 12, Doll. 3, Rubl. 6, Flor. 7½.

BIS IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:
ARISTIDES LEONORI, eques.
ROMAE — Via Alessandrina, 87.

POST LATINITATIS ET HISTORICORUM URBANOS CONVENTUS.

Qui, gentibus communis omnibus, de historicis rebus coetus prioribus mensis Aprilis diebus Romae fuit, in sessione philologicis dicata disciplinis, plurima latino sermone pertractavit per clarissimos viros, nomine celebrimos, ex omni propemodum civitate adventantes; ad ultimum, proponente et de sententia coetum rogante Seymour Conway, ex athenaeo Cardiff, unanimi voto decernebat ut latinus sermo in pristinos rediret usus, et inter nationes communis lingua habendus esset, qua eruditii viri, quavis fuiscent civitate orti, adinventa, studiaque invicem commutarent. Hebdomada vix interlabente, conventus alter congregatus e civitatibus, quae latino ab genere sunt, de latinitate idem sentiebat; at, aliquid altius exprimens, optabat ut sermo latinus passim apud omnes gentes « ad humanitatis commercium fovendum, augendum, tenendum » restitueretur.

Haec duo placita, vota, sententiae, — possunt enim pro legentis arbitrio nuncupari — aliquid quod nobis maximum est et incundissimum afferunt, tum quia idem sonant, tum quia viri, quibus norma et ius docendi est, et quotidianae vitae experientia, pulcherrime consenserunt postquam rem ex omni parte ventilarunt; tum denique quia votum historico-philologicci concilii, floridum futuro latinorum conventui gentium sternens iter, omnino accedit improvisum, inopinum, quum in illo nihil de latinitate statuendum et constitutum iam inde esset, et constituendum putaretur. Sed ea necessitatis in dies quotidie vehementioris est vis, ut voces elicere cogat undique, et in hasce nil mirum si primos provocet viros, qui doctrina, auctoritate, consilio reliquis praecel-

lere, et quodammodo principatum obtinere videantur.

*
Opus itaque absurdum, vanum, inutile aggressi sumus nos, qui sex iam annos in his paginis indesinenter ad ea, quae nunc tam solemniter sancta sunt, decertamus? Haec enim tela non semel in nos iacta a nonnullis, qui, ut ita dicam, latinitatis vendendae et emendae potestatem sibi fecerunt: latino sermoni unice studendum esse historica et critica ratione; contra pili, nauci omnia habenda. Aedepol! Verba evenibus confirmantur. Ecquis autem nostrum studium hoc impugnavit? Quin imo ipsi eius amorem scriptis demonstravimus; id tantum contendimus, non solam et unam illam latinitati operam esse admovendam. Quid enim ex hac disciplina manet facto satis usque innotescit videntibus, post annos tot in huiusmodi studio consumptos, impotes plerosque eloquii latini, impotes maiestatis antiquae, impotes coram iis, qui, alia disciplina imbuti, convenerint nostrorum patrum sermone, nobis haereditate singulari relicto, facile utentes. Experti dicimus, qui non unum hominem, ex nostratis licet ac cetera egregium, in recentibus his conventibus ad latine disputandum provocatum, sese retrahentem, nutantem vidimus, atque etiam omnino confidentem audivimus se latine loquendi imperitum, ignarum.

*
Memorare ista, quamvis cum dolore, iuvat; clades enim, quae ab hoste imponuntur, si dux male mulcatus dux prudens fuerit, fient illi schola et disciplina ad victoriam; hac arte Roma de Samnitibus, hac de Carthaginiensibus triumphavit, hac Iugurtham arte perdidit, qua perdebat. Itaque, iuxta

placita Latini et Historici Coetus, maximum hoc onus magistris imponitur, uti discipulis suis latinum spiritum tradant cum sermone, hunc eruentes e litteris, quas docent, illo imbuentes non aures, sed animos adolescentium. Date spiritum, date animam latinam, et ipsa libenter latina concipiet, latina loquetur. Qui nos igitur triumpho latinitatis memorabili illa die XVI superioris mensis Aprilis interfuius, fortasse pars non exigua, si quae *Vox Urbis* intulit, praeparavit, propagavit recto iudicio et sine ira et studio pensare velimus, numquid alia possumus velle praeter ea quae tanta sapientia et prudentia decreta sunt, ad incrementum sermonis latini? Quae voluerunt, designaruntque ad rem opportuna, haec sequamur, et in primis ea, quae ad magistros pertinent; non enim fas est absque eorum ministerio, ipsis non cooperantibus, socordibus, segnibus latinam linguam referre ad usum communis sermonis, quo gentes in communicandis humanitatis officiis utantur, qua una liceat apud omnes gentes versari, intelligere, intelligi. Sin, ut quid opellas praeparare, in quibus per artes, per disciplinas, per singula capita ea signentur nomina rerum, quae communis usui esse possint in promptu? Ut quid ea conficeret, quae sint mutuis opportuna quotidianis colloquiis? Ut quid a civitatibus ea quaerere, quae ad rem prosint? In iis et in haec ergo sidendum.

Quod si, quae uterque conventus optavit, speravit, omnia ad unum non contigerint, proculdubio nonnulla tamen e multis consequetur humanitas, unde exemplum, et causa erit, quibus non modo in reliqua, sed etiam in meliora procedatur.

v. u.

LATINITATIS CONVENTUS
INTER VETERA URBIS MONUMENTA.

NUMQUID Latinitatis Conventus abscederet Urbe, quin matris suaem memores reliquias venerabundus in viseret, circumiret, exoleret? Hinc postquam peregrinati sunt per Latiales colles, a Tusculano olim Ciceronis, — nunc Abadia Cryptae-ferratae, — in qua mysteria religionis eulodus gentis latinae et hellenicae suave interesse foedus iniverunt, ad radices Albani montis, quasi centrum olim latinitatis constituti, quemadmodum conceinna oratione et sapientia qua pollet demonstravit clarissimus vir Iosephus Tomassetti, in athenaeo romano magister, omnes composuerunt simul ut in Palatino monte, natali Urbis die, denique consisterent, tum genialibus admoturi dapibus manus, tum inter praeclaras romanae magnificentiae rudera et postea et ante epulas abituri.

Itaque constituta illa die, in aedes Bernianas primo itum est, et Guidone Cora auditio, qui archaeologica reperta in Balkanica, olim Dacia, peninsula narravit, auditio etiam nobili viro Guillibert, alia narrante de iis, quae in Gallia Narbonensi sunt nupera, (et mirabile quidem, quod duae nobilissimae gentes, sorores, ab oriente altera, altera ab occidente ad matrem, matrem celebraturae venirent); auditio Romulo Artioli aliqua de sepulchreto primo describente, quo Romani prisca usi ad radices Palati sunt; denique auditio clarissimo viro Iosepho Gatteschi, qui Romae Imperatoria monumenta lineis in prospectu per chartas mirifice delineavit, quasi sponte nascerentur qui Romam uti ab origine Romulea, ut Caesarum aetate, uti nunc est, Romanam posteris Urbem salutaturis ostenderent, inde ex Berninianis aedibus, circa meridiem, convenientes in Romanum Forum properarunt. Illic Dantes ille Vagliari, docto antiquitatis notissimus, monumenta singillatim invisens et enumerans, ductor pulcherrimi agminis, omnia quae ad rem erant indicabat, multa de iis, quae nunc sunt, multa de iis, quae antea fuerunt, multa de iis, quae iam ab inde extiterunt, tribus veluti aetatibus superpositis primigenio solo, alio super alio, praesertimque ea quae nuperrima fausto alite data sunt, enarrabat.

Sed ante quam haec exponeret singula, recte voluit, quae animos invisentium praepararet, orationem edere super dorsa Veliae consistens, quae ab ipso auctore, qua summa est humanitate, nobis tradita ut latinis verbis in nostro Commentario ex integro redderemus, est prout sequitur:

Dantis Vagliari oratio.

« Humiliores et minores iis, quae relatae sunt in monumentis, Romanae Urbis origines vix quisquam animo concepisset; Romanae Urbis, inquam, quae postea tanta luce domi militiae late emicuit, tanta saeculis omnibus sapientiae celebritate coruscavit.

Exigno Pariliarum festo die, pastores nonnulli bis millibus et sexcentis quinquaginta sex annis ante nostrum hunc diem, futurae Urbis muros, circumducto aratro, soleo conscriperunt. Detur haec venia antiquitati, quae rei memoriam incolis consecravit suis traditione sempiterna; neque sint sacra minus et

memori religione Romuli verba serventur, quibus est ominatus incepta pius idem et fortis:

*Condenti, Iuppiter, urbem
Et genitor Marors, Vestaque mater, adest!
Quosque pium est adhibere deos, advertite cuncti!
Auspiciis robis hoc mihi surgat opus.
Longa sit huic aetas, dominaeque potentia terrae,
Sitque sub hac oriens occiduusque dies.*

Hos facile nobis fingemus pastores, ovinis induitos pellibus, prouti pascebant, casas habitantes stramenticias, cum a longe post saecularia itinera venissent: ferme nulla erant iis ad manus, quibus nova civitas instrueretur, armaretur; non divitiae, non leges, vel diuturna experientia, vel celeberrimo auctoris nomine commendatae; nihil, praeter semetipsos, habebant. At invalescebat sui generis indole, pietate in deos, firmis institutis, quae ab axis atavisque suscepserant. Venerant huc, ubi di locum Urbi constituerant dominaturae gentibus omnibus, manu primum, deinde consilio semper, aeterno consilio, Urbi cui Fatum dixerat:

*...quotiens steteris domito sublimis in Orbe,
Omnia sint humeris inferiora tuis.*

Hoc de loco, in quo sumus, menti suapte illuecent initia Romae, fata quibus erexit, fata quibus et oecidit, et ea quibus postea revirescere visa est. Coram, in conspectu Romani fori sunt rudera, reliquiae venerabiles, super quas, olim omnium artium conspiratione cornicas, sex ac tringita saecula volitarunt, in quibus Boni architectus, argumentosus quatnor iam annos effodiens, Superis, credo, qui loca haec dilexerunt, Manibus ipsis arridentibus, tot arcana foecundo eruit solo, in quo recondebantur. Campus hie ingens, ruinis late obrutus, nostris quadammodo sub oculis reviviseit, et frequens illa turba Romulidum, quae olim ibi versata est, suo quodam sermone considerantes animas affatur. Quem sermonem quidem is tantummodo intelliget, qui animo fruetur et indole, quibus vos, o latina stirps, romana progenies undequaque venistis, ubi Romae nomen insonuit auribus, unde almae nostrae Matris nobilis vir Angelus De Gubernatis aduentus et accentia verba dimisit. Lœa haec, subversæ columnæ, columnarumque sparsi trunci, fraeta marmora, rudera spoliata ornamentis, abditaque sub solo sepulchra in luce redempta fortasse parum, aut nihil oculis delectabile ostendunt, ac tamen ineffabile quoddam inde movet quo tenetur spiritus, tenetur obtutus, et in hisce haeremus defixi, et audimus areano sermone tacito nobissem loquentia; audiimus et contemplamur, non siccis oculis, attingente pietate animam, quasi avorum parentumque nostrorum olim in usu res manibus versaremus.

Adest hic Palatinus ominalis collis, incunabula nostrae gentis. Arduus ceteros inter colles, diadematis more eingentes, inde praeeeps in aquas, in paludes eminebat. Hinc Tiber flavo aquarum agmine pater et custos aderat, origo et auctor praecipius sortis Romanae.

Hinc quae Palatina porta olim, a mugientibus armentis Mugonia appellata, in Veliam dabat, dorsum hoc ab aquis, quasi isthmus emergens, ubi hodie consistimus. Hie Titi Vespasiani areus excitabitur, memoria posteris super Semiticas gentes superstitionesque traditura populi Romani victoriam; hie Hadrianus

Augustus templo duo, postica, Romae et Veneris excitabit, ut matri divinae unde latum genus fuit, ut Urbi qua latinus populus invaluit, gloria redderetur.

Undique undanti fluetu Romani illi prisca, praeter hoc dorsum, custodiebantur, qui fluetus, nonnisi postea ablatus est:

*Hoc ubi nunc foras sunt, udae tenuere paludes,
Amne redundatis fossa madebat aquis.
Curtius ille lacus, siccas qui sustinet aras,
Nunc solida est tellus, sed lacus ante fuit.*

At patebat in Capitolium via, quod in prospectu assurgit, unde Sabini ex colle Quirinali hue usque processerant, ubi Romulus profligavit et Statori Iovi templum vovit, cuius memoria servat locus, quem ad areum Titi videtis. Via haec Saera appellata est, praeter quam extra Palatium et primae aedes consecratae diis Laribus ac Penatibus Romam servatur, et Regia, ubi Pontificum Collegium romanam historiam scripsit, et domus Sacerdotum, et prope Vestae illius templum, symbolum aeternae reipublicae in igne aeterno, memoria temporis ritusque antiquissimi.

Sed via ipsa progreditur longius, ad pedes Capitoline arcis usque, ad Vulcani aream, ad Saturni templum, utraque vetustissima genti: quippe ad Vulcani aream Senatus coibat, cum centum illi in prato saepe Senatus erat, et prisca temporibus comitia Populus Romanus habebat.

Prope et Comitium, ubi in Curia senatus rem publicam administrabat, in quo populus pro libertate sua acriter toties dimicabat, legesque voto firmabat. Hie, siqua fides, Romuli sepulchrum, nigro lapide notatum, operatum, cui iusta forsitan ultimus natalitio Urbis die Maxentius persolvit, Maxentius ille, cui tanta inerat animo Romana indoles, qui Romano ausu basilicam illam molitus est, quam tamen felicior vicit Constantinus absolvit, et nomine suo dedicavit, immemor Augusti, qui opus aggressus fuerat primus.

Numquid singularia videbuntur sepulchra hanc iuxta viam reperta nuper, intra moenia Urbis aeternae, cum lege vetustissima cautum iam ab inde fuerit: « Hominem in urbe neve sepelito, neve urito »? At, quo tempore facta sunt haec, locus profecto extra Urbis moenia spatiabatur.

Haec tamen monumenta ideo reperta sunt, quia Boni, ille effosionum rector et arbiter, rerumque acutissimus persecutator, primus in effosionibus fori morem inicit, ut ita dicam, historicum. Non enim, superioribus expletus, inferiora reliquit praeteriens, sed institut operi, donec ultima reperiret, praefter quae tantum humus intacta haberetur:

*Tunc iussa repostos
Exhibuere sinus tumuli, monumentaque gentis!*

Visuri ibimus igitur, intra angustias tamen temporis, quae nos cogunt; descendemus in forum, ubi tota olim palpitavit vita Romulidum, ubi civitatis res agebantur, ubi iudicia, commercia absolvebantur, ipsa otia habebantur.

Quae ab Urbe in universum terrarum orbem terra marique, domi militiaeque mille per annos et ultra manarunt, ea omnia hoc ab loco processisse affirmare haud dubie possumus. Quanta Roma fuit, tota penitus hie fuit; quae tamen

fuit et quae cultis acceui Roma Amor actu rax ille regionem rebus gestis regione hadere. Proh quidam deu ne abolevit, nec me

Hic arg fori loca qulevi, non fera quibus omne quebatur an per singulas diu versati

DE HOMINE

QUOTIESCU distento, sem illa speciosa Quintiliani (modum exce posteritas, ce ligione, in o raro subit in et Odyssaea tissimisque g vivendi doct Homerus lee teferenda. Ne nil tamen demens – Ma translatione nodum in se sapit, neque vero prorsus tius noster, i Homero miris madvertit, eu quid non, i Crantore die ditos homine erit Antonii S tariis ad Ilias γοργη accura nam (4) senti tarum fabulis feritate non dolis iudicium inexorabili Th minis animi p autem de ha tiunt et iudic

(1) Inst. orat.
(2) Epist., I, 2.
(3) A. SODARO nezia, 1847.
(4) Epist. ad

fuit et quanta conventus hic noster undique ex cultis accedens hue gentibus aperte significat, cui Roma idem arcano suo significat nomine: Amor actuosus; atque ideo non audax sed verax ille erit qui fateatur nullam usquam esse regionem locumque, qui celebritate, fama, factis, rebus gestis, initis, absolutis, cum loco hoc, cum regione hac, cum Romano foro possit contendere. Proh sancta ora poetarum!, ex quibus quidam deum inducebat loquentem verba, quae nec abolevit vetustas, nec usus gentium delevit, nec mendacem saecula experta sunt:

Romanum satis est posse videre forum!»

Hisee argumentose prolati, descenderunt in
fori loca quo convenerant: et non curiositate
levi, non festino cursu, sed ut decebat viros,
quibus omne marmor, saxum omne modo suo lo-
quebatur antiqua recludens, religione magna
per singulas fori partes, per effossiones omnes
diu versati sunt.

H. DE VECCHI PIERALICE

THE RSC LIBRARY

IDEST
DE HOMINE CONVICIATORE AC MALEDICO

QUOTIESCUMQUE troiani belli scriptorem re-
legi — quod mihi, etsi pluribus negotiis
distento, semel in anno usitatum est — atque
illa speciosa miracula me tenuere, « quae —
Quintiliani (1) verbis utar — humani ingenii
modum excedunt », quaeque antiquitas tota ac
posteritas, ceu divino afflata instinctu, pia rel-
ligione, in omne tempus, prosecutae sunt, non
raro subit in mentem dubitatio, utrum *Ilias*
et *Odyssaea* magis pingendi artificio exquisi-
tissimisque graeci sermonis veneribus, an bene
vivendi doctrina, qua de virtute praecipiens
Homerus lectorem delectat et monet, sint anteferenda. Neque multum abest quin existimem
— nil tamen rerum gestarum historicae fidei
demens — Maeonium alitem interdum continua
translatione uti. Quae sententia — ne videar
nodum in scirpo quaerere — neque novitatem
sapit, neque adeo non probabilis est, quae a
vero prorsus absona dici queat. Nonne Horatius
noster, in epistola ad Lollium (2), cum de
Homero miris praedicet laudibus, ab initio ani-
madvertit, eum quid sit pulchrum, quid utile,
quid non, planius ac melius Chrysippo et
Crantore dicere? Neque aetatis nostrae eru-
ditos homines id fugit, quibus meminisse sat
erit Antonii Sodargna (3), qui in suis commen-
tariis ad Iliadis lib. XVIII homericam ἡλλη-
νογραφία accurate interpretatus, contra Horatianam (4)
sententiam, quam ex fictis seniorum poë-
tarum fabulis ortum habuisse putat, docet animi
feritatem non ita in Achille inesse ut eius in-
dolis iudicium ac regula sit, sed in acri et
inexorabili Thetydis filio patere imaginem ho-
minis animi perturbationibus abrepti. Quidquid
autem de hac controversia eruditii homines sen-
tiunt et iudicant, pro certo est maioribus no-

(1) *Inst. orat.*, X, c. 1, 50

(2) *Epist.*, I, 2.

(4) *Epist. ad Is.*, v. 120 et seqq.

(4) *Epist ad Cor., v. 120 et seqq.*

stris maximo in usu fuisse « lectorem delectare pariterque monere » :

*Omne tulit punctum qui miscuit utile dulci
Lectorem delectando pariterque monendo* (1).

Acūdat vel ἐπιφέσαι, eum ad testudinis sonum Homeri poēmata canerent, non hunc tantum sibi proposuere finem, ut musicae cantusque delectione spectantium aures permulcerent, sed vitae exemplar potissimum intuentes, rerum gestarum memoria, pravos castigarent mores atque ad id quod rectum honestumque est rite instituerent; quod ni ita esset, miseri inanem operam perdidissent. Quare et mihi praestat hanc sequi viam, qui a recentiorum criticorum iudicium figmentis longe abhorrens, malo in divinis Homeri carminibus, praeter graecitatis veneres, sententiārum sapientiam admirari, quam, cultro ad cadaverum sectionem pertinente, tam insignis vatis membra sine ulla pietate discepere (2). Itaque ad incepturn redeo, utque rem exemplo confirmem, maxima qua potero diligentia, Thersiteam narrationem Iliadis lib. II contentam explanabo, qui locus, meo quidem iudicio, proposito haeret apte. Enimvero detractorum imaginem vividis coloribus expressam hic Homerus exhibet, quorum foeditatem, saepe vulpino more personatam, etsi cavere arduum est, tamen evolvere atque dissimulationis integumentis nudare, in praesentiarum, omnibus perutile fore confido.

12

Antequam de Homericō Thersite dico, pauca
supra repetam. quae ad rei momenta illu-
stranda omnino necessaria esse videntur.

Iuppiter iniuriam ulciscendi causa, ob raptam
Briseidem ab Agamemnone Achilli inlatam,
nocturna specie, Agamemnonem, quo citius cum
Troianis praelium committat adhortatur. Hic,
prima luce, principibus Achivorum dueibus
Iovis consilium aperit, moxque omnes ad con-
tionem advocat. Pro contione, ut populi fidem
tentet, Agamemnon simulat, se, tot exantlatis
laboribus longoque bello fessum, velle Troia
discedere. Hinc, contione dimissa, Achivi ma-
gno cum tumultu alii alio discurrentes de
patria repetenda cogitant et ea quae ad pro-
fectionem pertinent comparare student. Contra
Ulyxes, Minervae monitu, precibus minisque
singulos ab incepto deterret, seditionem com-
primit contionemque restituit. Tum Thersites,
turpis et maledicus homo, cui Achivorum di-
scessum urgere unum opus est, Laërtiadi ob-
sistere, conviciisque Agamemnonem insane conse-
ctari. Praestat poëtam ipsum audire, qui, in pri-
mis Thersitea naturam ita perhella edubrati-

"Αλλοι υέν δέξιοντο, ἐκήνυθεν δὲ καθ' ἐδράς·
Θερπίτης δέξτη μούνος ἀμετροεπής ἐκολόφω,
ὅς δέ πειρα φεστίν ἡσιν ἀκούσατε πολλά τε ἔδη
μαζί, ἀτέχρονος κατάτονος, ἐργάζεντος Βασιλεῦσιν
ἄλλος δέ τοι οι εἰσακτο γελούσιν ἀργείουσιν
ἔμμεναι, κίτηστος δέ σὺν ἡρῷ ὑπὸ "Πλινον ἥλθεν·
φοιλικὸς ἔην, γωλὸς δέ ἔτερον πόδις· τῷ δέ οι δύο
κυρτῶ, ἐπὶ στῆθος συνογγωκτές αὐτὰς ὑπερέθεν
φοιξός ἔην κερασκήν, μεῖναν δέ ἔπενήνθε λάγη.
ἔθιστος δέ Αἰγιλην μάλιστ· ἦν δέ Οδυσσῆς·
τῷ γάρ νεινείστε· τότε καντάτης Ἀγαμέμνονι δίνο
ὑέσσα κεκληγώς λέγε· ὃνειδέα· τῷ δέξρης· Ἀγκιοί
ἐκπάγλως κοτέόντο νεμέσσσηθέν τε ἐνὶ θυμῷ.
αὐτέχρονος μακρά βοῶν· Ἀγαμέμνονικ νείκες μύθῳ·

(*Il.*, II, v. 211-224).

Hoc Thersiteae narrationis exordium rerum eventus atque exitus quodam modo legenti praenuntiat; Homerus enim verba ea subtilitate ac proprietate fingit eaque calliditate necit, ut nulla opus sit coniectura ad investigandum quo rem deducat. Quamobrem facere non possum quin meminerim illius per celebris manzoniana comparationis de vino novo in dolia fissa coniecto: pinguis musta dolio vetere inclusa fervent, murmurant, per laminum rimas exsiliunt; unde fit, ut si quis aliquid liquoris aestu erumpentis gustatu exploret, etiam de dolio non promens, magnine an minimi sit iudicet. Exemplum sane homericæ narrationi arridet. Expendamus singula.

Ερπίτης. — Ex nomine ipso prima mali labes! Nullum verbum hoc, quod Homerus non sine industria procedit, ad turpem hominis naturam exprimendam significantius est. Θερπίτης originem dicit a verbo aeolico θέρπειν, quod attice idem est ac θέρπος, per metathesin θέρπως. «En ideo, notat Fäsi (1), peculiare Thersitae vitium, petulantia, quae, pudoris obliterata, nullique parcens, quidquid maius excellentiisque inveniri potest luto obterit; facile dicas eum insignem ad deformitatem a diis procreatuum fuisse, ne quem innata tam pessimi hominis pravitas latuisset!»

Iterum in contionem advocati duces Achivorum cum populo sedent et silent, ut, Laertiadis dieto audientes, belli renovandi consilium ineant. Thersites unus, alienis incrementis infensissimus, blaterans tumultuantur: Θερσίτης δέ τι μοῦνος ἀμετροεπής ἐνολόχος. Mira verborum significatio ac dispositio! Thersites μοῦνος idest *situs* blaterat, idque turpiorem eius pertulantiam reddit, cum in tanta hominum turba neminem sibi advocatione habeat; ἀμετροεπής (≈ priv., μέτρον = *modus*, επός = *verbum*) idest qui verborum modum numquam novit, sed praecipite facundia intemperate loquitur; ἐνολόχος, idest *occinit* (italice *gracchia*), quod, cum corvorum laevi ominis avium sit, — dicimus et veneto sermone: «*croato de le male nove*» — acerbae solutissimae linguae aculeis, qui humanos animos crudeliter versant, apte respondet. Quae omnia magis perspicua sunt ex sequentibus versibus, in Patavina editione (2) ita ad verbum expressis: «Qui (Thersites) norat animo suo ineptis et multis verbis || Temere, neque ut debet, altercari cum regibus, || Effutiens quodcumque ei videbatur ridiculum Argivis || Fore.

Qua patria natus, quibus parentibus genitus
Thersites? Nulla maledicenti homini patria,
nulli parentes ei qui eaquo labore disrumpitur;
hoc tētērrimum perversitate monstrum omnes
oderunt, fugiunt, et si quis sanae mentis est
vel tetigisse timebit. Detractor, tamquam Deo
devotus, dum limacum more serpit humili, cun-
cta quae permanat sua peste inficit. Homerus
itaque, cui singulorum virorum, tum in *Iliade*,
tum in *Odyssaea* origines subtexere mos est,
de Thersite, quasi dedita opera, haec per pauca
notat: *αἰσχύλος δὲ ἀνὴρ ὁπός Ιλιον ἤλθεν* =
« turpissimus autem vir (ad) Ilium venit »:
tantoque nomini nullum par elocutum!

(*Ad proximum numerum*). MARCUS BELLUS.

(1) V. *Itiade* di Omero, con note di G. Rigutini, vol. I. Prato, 1881, pag. 65.

(2) Homeri opera quae extant omnia, graece et latine, etc.
Petavii. 1744.


AULA CAPITOLINA

CUI AB HORATIIS ET CURIATIIS NOMEN.

Si quis ex Capitolii summa platea descendat, sinistrorum aedes habebit, in quibus aditialis sessio Latinorum coetus congregata est. Facies ex portico atque ex superimposito uno ordine fenestrarum constat; at, quae Bonarrotius elegantissime delineaverat, Iacobus *de Dux*, qui aedes exstruxit, aliquantulum deturpavit, addito podio in prospectu nimiisque ornamenti ad fenestras appositis. In vestibulo simulacra divi Iulii atque Octaviani Augusti ingredientem quasi consalutant; atrium est portico praecinetum, ubi plura disposita sunt pretiosae antiquitatis sculpta fragmenta tum aerea tum marmorea, signorum ingentium reliquiae, pedes, capita, manus. Est autem inter-

eunte. Praecipuae Romanarum originum vicisitudines in parietibus eireum collustrantur, at tantis memoriis haud digna artificis peritia, ut vera fateamur, videtur. Sunt Romulus Remusque Martis proles a Faustulo pastore ad ruminalis fici pedes suscepiti; est Romulus pater deducens aratro sulcum, qui sacra limina urbis condendae signaret inviolanda; est Sabinarum puerularum raptus; Numa patet rex cum Vestalibus virginibus hostias mactans; Romanorum cum Veientibus ardet pugna, hinc Mettio Fufetio, inde Tullo Hostilio acerrime digladiantibus; est denique Albanorum Romanorumque duellum sive pugna trigemina, cui ab Horatiis et Curiatiis nomen aeternum, unde datus quoque huic aulae titulus, quod forsan huius facinoris pictura ceteris pulchrior.

Reliquae enim conatibus quibusdam parum



Prospectus Aulae Capitolinae, cui ab Horatiis et Curiatiis nomen.

cetera lectissimo scalpro perpolita iueta quae-dam equi atque leonis, quam ex Almonis flu-minis aquis erutam Michael ipse Bonarrotius instauravit.

At gradus cum ascenderis, quae regio splen-dore a sinistris patent, ad parvam aream per-veneris, ubi sculptae eireum pendent tabulae quatuor Marci Aurelii fastos prae-bentes. Inde geminatam graduum seriem superabis, ut novos iterum eiusdem Caesaris triumphos marmore effictos admireris.

Iamque per amplissimam portam domum in-gredieris, quae a « Conservatoribus » nomen habet, hoc est a magistratibus illis, qui de curialibus rebus praecipuum curam gerebant, una cum patre viro, qui Senatorio titulo eu-ronis munus administrabat.

Aulam, cuius prospectum damus, quod ibi Latinorum coetus aditialis sessio habita est, Arpinensis eques pinxit, saeculo XVIII in-

concegnis et ampullis, ut iam ea aetate insue-rat, pietae apparent: memorandum praeser-tim Arpinatem illum eas perfecisse ab itinere reducem, quod Lutetiam suscepit, cum immu-tandum sibi picturae modum autumasset, quo consilio in peius corruit.

Attamen monumenta emicant bina simula-lera pontifecum heie in capite, ibi in pedibus aulae posita eaque maxima, marmoreum alterum, alterum aeneum. Albus ille Urbanum effingit octavum domo Barberinia a Berninio summo artifice sculptum, cui splendidissimus Mecoenas pontifex, ut vulgatum est, exstitit: niger alter Innocentium decimum praebet domo Pamphylia, quem Algardus fuso aere edidit. Utraque moles ingenti, et magnifica et regali pompa et splendore sculpta, aulam hinc et inde quodammodo dominari videntur...

LAELIUS.

DE LATINA ELOQUENTIA

IN ARCHIGYMNASIO TAURINENSI (1).

QUUM anno saeculi superioris octavo et no-nagesimo supra millesimum, sub exitum mensis marialis, multi Christi Nominis mor-tales Augustam Taurinorum peterent, ingenuarum artium visendarum gratia ad rem sacram potissimum pertinentium, quae ad Valentini-anum Viridarium patebant, Rex Umbertus I, e religiosissimo Augustae Domus saerario « Sindonem », hoc insigne Iesu Christi Redemptoris Nostri monumentum, propalam venerandum proponi iussit.

Hac opportunitate arrepta, Vincentius Lan-franchius, vir latinis litteris apprime eruditus, doctrina, christianis moribus illustris, qui probus semper maluit esse quam videri, Ioannis Bernardi Vigi poematum *de Sindone Taurinensi* ex editione principe diligenter descripsit, ut peregrinationem sacram obituras, iisdemque la-tini sermonis non ignarus, libenter offerret. Sie poeta sacer sibi posset tribuere, parce quidem detorta, quae Horatius sibi auspicatus canebat:

*Non omnis moriar, multaque pars mei
Vitabit libytinam.*

Vigus autem, devixa iam aetate, cum illi qui capita fortunasque Gallorum dominabantur, in-festa opinionum novitate populos sollicitando, nihil quietum in finitimis paterentur, a regibus, pro quibus antea caput obiectare paratus esse videbatur, miserrime rebellavit. Vixit inaequalis et parum sibi constans! Tune igitur ad arma concursum est, et diu quidem Mars anceps fuit, sed postmodum Galli suos fines egressi, si quae bellum inequum priorum dueum fraude aace-perant, continentibus hostium eladibus ulti sunt. Et nos ipsi, qui Italiae otium robore et fide-litate militum tuebamur, quadrienni dimicatio-ne defessi, accepto victore, in alienam civita-tem concessimus.

Quam varia, quam praeceps rerum series!

Ut enim feralis ille dies illuxit, qui ultimus Regi Allobrogo fuit, et lues illa virorum impoten-tium exorta est, qui euneta luctu et moeroe im-plerent, mirum est quot Cleones turbulentis con-eionibus, horrido cultu et capillati urbes circum-ibant, multitudinis auram captabant. Dolendum sane quod Vigus, qui regni potius ruinis obrui debuissest quam locum uspiam fortunae con-cedere, beneficiorum oblitus, res novas, quae Sub-alpinos attriverunt, perpetuis in eaelum laudibus extollebat.

Quo nomine cum primum Napoleo, copiarum dux Gallicarum, Italianam celerrimis victoriis lustravit, in quo summa omnia praeter animi moderationem fuerunt abunde, Vigus, iam non regius, haec alaci animo depromsitus:

*O, qui triumphis tot merito et plagas
Signasti, et arcis, et fluvios tuos.
Undique clarus, maxime Heros,
Consilio metuende et ense!*

Cum vero mox ipse in Aegyptum perrexisset, et nostri, rebus prospere gestis, hostes Gallos expulissent, consilio manuque Alexandri Su-warow, supremi foederatorum dueis, ei Augu-

(1) Cfr. an. VI, num. VI.

stam Taurino-gus, festivo o-

*Ut sol t**Pulsis r**Luctum**Corde tu*

Sic brevi te-regius, mox r diebus regius, alienam fueru rerum nominil

Ad eius tam ceramque eleg qui ea aetate studiorum desi verba mollia p sima. Nam si teribus totus im in primis versa illum in secess studioque haus muncicare. Et capite erant in schola prodieru excolere, et vel lestra exiissent

Nec mihi es-tate in nobis ha-sed vehementius Apud nos eas p diligens nec in-locator, qui suos rum litterarum cipuis hominis c censemur, quae at tiquum Xenoph

Aliique comp italis eruditis es-sium Archigym numerandi Cle Vernazza Albe-trum memoria adseruit, et Vi Melpomenes vi-riam est assecu

Quo facto V poribus primas tuam Alighieri sane praeditivis molles Anaereo perinde potuit dubitavit: « Su contentionem st pulis venerunt, sibi decora ob

tiantur».

Vigus grand mai, finem vit Februiarias an. ampio praeconi Caesar Salutius collegam laudi

SPECTACULI

PLAUTI vel et Sophoclei quus mos in e

QUENTIA

URINENSI (1).

ioris octavo et nonum, sub exitum Nominis mortis penterent, ingenuata ad rem sacram hae ad Valentiniā. Rex Umbertus I, e nūs sacrario « Sinc Christi Redemptoris m venerandum pro-

a, Vincentius Lan s apprime eruditus, illustris, qui probus sideri, Ioannis Berndone Taurinensi inter descriptis, ut curis, iisdemque labenter offerret. Sic nere, parce quidem auspiciatus cnebat:

aque pars mei

aetate, cum illi qui dominabantur, impulso sollicitando, erentur, a regibus, etate paratus esse sit. Vixit inaequalis ne igitur ad arma in Mars anceps fuit, nes egressi, si quae queum fraude accesserunt, clibus ulti sunt. cum robore et fide quadrienni dimicauit, in alienam civita-

ps rerum series! Iluxit, qui ultimus la virorum impotentiū et moerore imnes turbulentis conillati urbes circumptabant. Dolendum potius ruinis obrui fortunae concessas novas, quae Sub in caelum laudibus

Napoleo, copiarum bellerrimis victoriis nia praeter animi e, Vigus, iam non promisit:

to et plaga
ios tuis
Heros,

ceptum perrexisset, hostes Gallos ne Alexandri Su ducis, ei Augu

stam Taurinorum triumphatori introeunte, Vigus, festivo ore cecinit:

*Ut sol tenebras illico discutit
Pulsis refulgens nubibus, obsitas,
Luctum metumque sic ab omni
Corde tuum os pepulit rendens!*

Sic brevi temporis intervallo, docto ipse fuit regius, mox reipublicae fautor, paucis iterum diebus regius, et demum, cum Subalpini in alienam fuerunt dominationem dilapsi, mutatis rerum nominibus, imperatorius.

Ad eius tamen scholam, veluti ad puram sineramque elegantiarum fontem adibant omnes, qui ea aetate Taurini ingenio florescerent et studiorum desiderio. Ex ore magistri non modo verba mollia profuebant, sed doctrinae plenissima. Nam similitudine naturae ductus, in veteribus totus immorabatur. Quapropter Ciceronem in primis versandu selegerat, illum ad amare, illum in secessu habere, et fructum, quem arte studioque hauserat, facillime cum alumnis communicare. Et quotquot in urbe Subalpinorum capite erant intelligentis ingenii viri, ex eius schola prodierunt, omnesque latinum sermonem excolere, et veluti ex illustri disciplinarum palestra exiissent, in maximo honore haberit.

Nec mihi esse praeterendum puto, eadem aetate in nobis haud contineisse Graecorum litteras, sed vehementius quam nunc excoli coepfas esse. Apud nos eas publice docebat Franciscus Regis, diligens nec indisertus veterum poetarum enarrator, qui suos alumnos ad interiorem graecarum litterarum doctrinam deducebat. In praecipuis hominis operibus italica *Cyropaedia* iure censetur, quae elegantem varietatem atque antiquum Xenophontis colorem imprimis refert.

Alique complures latinis litteris, graecis et italis eruditis exsisterunt in Magno Taurinensis Archigymnasio, inter quos merito sunt adnumerandi Clemens Damianus Priocca, Joseph Vernazza Albensis, et Carolus Botta, qui patrum memoria historiae principatum Subalpinis adseruit, et Victorius ille Alferius, qui Italicae Melpomenes vindex, veterum tragieorum gloriam est assecutus.

Quo facto Vincentius Montius, qui illis temporibus primas referebat in litteris, et intermortuam Aligherii famam iterum excitavit, vir sane praedivitis venae, qui Pindaricos aestus et molles Anacreontis, aut teretes Metastasii modos perinde potuit aemulari, dicere de nobis haud dubitavit: « Subalpini homines, qui serius in contentionem studiorum cum ceteris Italiae populis venerunt, studeant enixe ne quae sita iam sibi decora obsecurari incuria scriptorum patiantur.»

Vigus grandis admodum natu, octogenario maior, finem vitae sanctissime implevit XVI kal. Februarias an. MDCCCV. Acerbum funus satis amplio praeconio prosecutus est pro dignitate Caesar Salutius eques, vir doctus, qui doctum collegam laudibus decoravit.

SUBALPINUS.

**SPECTACULA LATINITATIS CONVENTUI
ROMAE PARATA.**

PLAUTI vel Terentii agere fabulas, dicere et Sophoclis Euripidisque tragedias antiquus mos in ephebeis atque in gymnasii in-

valuit. Visum est enim, idque summo iure, adulescentulis maxime utile, ut quibus sermonibus arripiendis operam darent in ludo, iis in scaena quasi familiari conversatione uterentur. Hac arte, dum delectatio mentibus oculisque agentium et auscultantium animis paratur, summa inde utilitatis copia studentibus literariae rei ducitur, atque Horatianum undique de dulci et utili cumulando praeceptum impletur.

At huiusmodi in actione, quae Latinitatis conventui est oblata, omnino alia et diversa res fuit; idque dedit opportunitas temporis, dedit spectantium insolita multitudine, dedit consilium novum omnino. Quare ornandus iterum laudibus vir eruditissimus Angelus de Gubernatis hac quoque ex parte non exiguis, quod is Latino sanguine genitis filiis, qui inter nostros versabantur dederit, sapienti animo et diurno labore, mores patrum, et linguam, et vitam in scaena reviviscentem contemplanda.

olla Lyconidem hic ita rependit, ut filiam illi potius concedat et illi nummos dotis loco donet.

Fabulam optime egerunt iuvenes puellaeque ex Romano athenaeo, quorum nomina honoris causa iuvat afferre:

Lar familiaris, qui prologum dicit, Yostus Randaccio fuit. *Euclio* senex, Aloisius Siciliani – *Megadorus* senex, Titus Marrone – *Eunomia*, eius soror, Emma Triussi – *Lyconides*, eius filius, Franciseus Pellati – *Strobilus Senior*, servus, Henrieus Fondi – *Strobilus Junior*, Nicolaus Felliciani – *Staphila*, serva, Maria Ciartoso – *Pythagoras*, rei familiaris curator, Carolus Aru – *Congrio*, coquus, Laurentius Pellati – *Antrax*, coquus, Formiggini docto. – *Aulistae* Amalia Cesana, et Aloisia comitissa Giannelli-Viscardi.

Plausibus omnium exacta fabula, Grigoriu, Bucarestensis doctor, gentis sue vestibus insignis, carmen dixit, cui titulus *Danuvii fluminis custodia*, quo iam Rumenorum animi ad vindicandas suas terras sunt erecti.



Rumeni, qui gymnicos ludos Romae egerunt ob Latinitatis conventum.

Fabula acta est Plautina, *Aulularia*, cuius vulgatum satis est argumentum iis qui latinam grammaticam in scholis excessere. Euclio senex avarus filiam habet Phaedram. Megadorus senex proximus divesque eam uxorem cupit et indotatam ab avaro obtinet, quamquam nepos eius Lyconides iam Phaedram adamaverat eiusque fidem habuerat. Instant nuptiae a Megadore indictae: Euclio ollam ab avo non minus sordido auri plenam possidens auxia cura ita custodit, ut, dum parantur domi nuptiae, eam subtrahat et in Fidei sacris aedibus condat timens ne servi Megadori inveniant. Eum exorantem audit Strobilus, Lyconidis servus, qui raptum se ollam despondet: sed ineautum deprehendit Euclio, male arguit, expellit: recipit deinde thesaurum ut alibi servet in Iuco Silvani. Frustra tamen: Strobilus enim redux sequitur, ollamque corripit secum. Quanta inde clamet et ploret senex quis dicat? Audit flentem Lyconides, et plorantem raptum thesaurum de filia non de olla credens, sese incusat raptorem; ita pater scit filiam quoque se perdidisse. At explanata re, servo, ni thesaurus reddat, mortem minatur. Qui reddit quidem, non vero ante quam concessa sibi sit pretio libertas. Reddita Euclioni

Eum sequutus est fabula alia italis versibus scripta ab ipso conventus praeside, *Romulus Augustulus*; cuius argumentum, etsi de nostra ruina memor atque tristissimum, pergratum tamen evasit, quippe omnino Romanum. Res enim est de conatu extremo Romuli pro vindicando imperio a barbaris: at dum agitat cum Alanis foedus, Odoaceris advenit legatus, qui regem docet eius consilia cognita, et eum ad mortem invitat, qui sese, de re romana desperans, sumpto veneno, permit. Connectitur fabulae musica delectatio: sunt enim digno cantu, more Graecorum, plura interpretata, quae Guido Zuccolius scripsit, lusit autem Olga Pinto.

Supremi in scaenam iterum ecce Rumeni, qui gentis carmina alia optime recinuere, qui ludos gymnicos more Graeco et Romano iterarunt. Res non facile dignis laudibus celebranda, quippe quae animorum curae corporum curam desponsatam habeat, ut maiores voluere, penes quos perfectio nulla erat nisi constarent in viro mensana in corpore sano.

A. COSTAGGINI.



EX POLONIA.

De novis musicae artis operibus.

ALIAS in *Voce Urbis* gavisi sumus quod magnificae aedes Varsaviae musicae et cantus artibus fuissent dieatae. Semper quidem aliquid novi, semper aliquid nobile illae aedes, *Philharmonia* quae nomen accepere, nobis praebent, sed nondum quidquam in iis resonavit, quod cum novissimis diebus ante Pascham elapsis posset comparari. Vestras unus, nostras alter aures musicae et cantus amantium rebus suis religiosis, musica et cantu perplexis, iucundissime mulserunt: Laurentius ille Perosi, nobilissimus iam operibus insignis, et Eugenius Gruberski, plocensis, iuvenis quidem et extra patriae fines adhuc paene ignotus, sed et ipse magnam qui excitat spem futuri.

Prior mentes animosque novissimo « oratorio » suo, quod Moyses inscribitur, tanta affectu admiratione tantaque inflammat volupate, ut ter opus suum semperque frequentissima multitudine audiente repeteret sit coactus. Quae terna certamina ipso auctore dirigente sunt facta, qui neque ipse ob dulcem successum summo gaudio gratissimoque animi motu caruisse videtur; nam inter primum et alterum certaminis musici diem, recentem cantum, qui ab eo « Benedictus » est inscriptus, hie Varsaviae inspiratus composuit eumque cantum statim in altero certamine, mora inter primam et secundam « oratorii » partem interposita, cantator

Kaselman, ipso auctore ad organum comitante, est modulatus.

Itaque tribus certaminibus cum Varsavienibus summum oblectamentum peperisset nobilissimus vester Perosi, ardenter laudatus numeribusque honorificis donatus « valete » nobis dixit.

Posterior post discessum eius Gruberski ille item religioso certamine musicis animos nostros recreavit. Cuius opuscula, quamquam dimensione modestiora, omnium tamen laudem haud parvam meruerunt: alterum carmen erat P.M. Leonis XIII « Ineuntis saeculi auspicia » cantu et musica exornatum, alterum hymnus « Domine salvum fac » ab eo compitus, a virorum choro decantatus. Utrumque opus etiam auctore ipso dirigente venustissime est exhibitum. Valete.

Varsaviae Pol. postr. id. April.

JOSEPHUS WABNER.

DE GOSSYPIO.

ALTIORA perspicienti naturalis historiae singulari quoddam appetit, quo in multitudine rerum asseritur unitas, in unitate multitudi, in aperta discordia rerum subest concordia latens, ac dum inter se omnia diversa videntur, commune tamen aliquid habent, quo non modo inter se belle convenient, sed in idem conari et ferri consensu mirabili videantur. Itaque non

sine voluptate magna admiramur, quae in mari sunt, in terris eadem iterari; quae in piscibus, eadem in quadrupedibus instaurata; quae in germinantibus, eadem in animantibus restituta. Quanta florum varietas in agris! Quantum deus in coloribus! Quae gratia! Qui nitor! Ubi in oceani profunda descenderis, non minora reperies a corallis ad uniones, a conchiliis ad mullos, ad medusas, ad nautilos, ad sexcenta. Mirabilis ingentem elephantum molem? Numquid minora sunt, quae

. turbant immania cete
Pectoris impulsu syrtes; fremit undique pontus?

At quod mirabilius est, in germinantibus nonnulla habentur quasi ad exemplar eorum, quae sunt in animantibus constituta. Habent nonnullae plantae liquorem, qui cito appetit ubi corticem incideris, sicuti sanguis ubi pellem ferieris in animalibus effluit, neque minus hoc effluit, gratissimis viatoribus sicutibus. Habent animalia nonnulla atrotem indolem, sanguinariam rabiem.... Cave, lector, ab iis plantis, quae praesertim in Africa interiori sunt, et *lianæ* appellantur; illigant, serpentum more, rapidissimæ, celerrimæ, et eodem tempore, quo membris haerent, sanguinem sugunt usque ad ultimum. Araneæ muscas, *muscipula sensitiva* muscas alligat, et exhaustit. Habent virus viperæ, crotalus, aspidæ.... Ne mireris; idem praestant et fortasse vehementius *upas*, aconytha, cicutæ, ranunculus sardonicus, et sexcenta

30]

FABULAE SELECTAE FONTANII
A IOANNE BAPT. GIRAUD LATINE REDDITAE
PASSIM RETRACTATAE A FRANCISCO XAV. REUSS.

CXV. — FALCO ET CAPO.

Blandis saepe sonis te lactat perfida lingua;
At tu ferre pedem, quo rogat ipsa, care.
Quem risere canem, solitum fugisse vocantes,
Non adeo stolidæ mente fuisse reor.
Cenomano cuidam, caponum ex ordine, civi
A domino fertur dicta repente dies.
Sistere se capo iussus fuit ante tribunal,
Pinguis ubi gaudet dicere iura coquus.
— « Palle, reni! — mellita sonat vox iure peruncti —
Palle, reni! lepidus te cupit ecce coquus. »
At fugit alatus, vis quem secreta, culinae
Fumosum limen ne terat ipse, monet.
Ornaturs erat, recubans in lance nitenti,
Magnificam coenam: quod paret ille decus.
Huic igitur falco, renandi doctus in arte:
— « Audin' iussa tui, stultior ales, heri?
Exemplis iam disce meis, ad verba magistri,
Seu volitare procul, sire redire domum.
Te nunc ille vocat: surda tunc aure laboras,
Voce liet domini tota culina sonet? »
— « Audio — sic trepidus capo; — lateri sed herili
Adstare armatum conspicor ense coquum.
Talibus illecebris nec anas capietur; at oro,
Parce iocis; sinito, me celerare fugam.
Si quot capones vidi, tot et usque rideres,
Faleo, falcones triste subire veru:
Non me culpares vertentem terga, tyrannus
Cum mihi blandiloquus colla secare parat. »

CXVI. — FELES ET MUS.

Noctua triste canens, mustela maligna, rapaxque
Feles, et sorex rodere texta celer

Annosam pinum coluere putremque quaterni,
Alter in alterius vivere damna sagax.
Saepius his pinum repetentibus, arte dolosa,
Rusticus obtendit, nocte favente, plaga.
Egreditur, praedae succensa cupidine, fæles
Quodam mane, dies vix ut oborta micat.
Quae superest, noctis caligo retia celat,
Ruris quae cultor callida nezuerat.
Incidit in laqueos renatrix, gutture capta,
Quae, quo plus salagit, stringitur inde magis.
Frederet et exululat rabiosa; citusque tumultu,
Musculus accurrat, gaudent et immodiice,
Saerum cum pedicis haerentem conspicit hostem.
Tum fæles supplex poscere muris opem:
— « O mihi — singulat — mihi tu corissime frater,
Cuius amicitiam promeruisse reor,
Affer opem, bone, nodosas ut rumpere possim,
Me quibus impliebit sors male fida, plaga.
Plus ego te reliquis ad amari muribus unum,
Plus oculis solitus te coluisse meis.
Nec farisse tibi me taedet: quin ego reddo
Dis grates, in te quod mihi tantus amor.
Relligiosa Iori modo fundere rota parabam,
Qualia manu solvere felis amat,
Cum mala rincla meum guttur strinazere: salutem
Iupiter at nostram credidit ipse tibi.
Hos igitur, quaeso, nodos corrade tenaces. »
Cui mus: — « Quae merces huic erit officio? »
— « Perpetuo tecum — sic fæles — foedere iungar;
Hocque tuos hostes inseparare ungue libens.
Noctua quamprimum dabitur mustelaque leto,
Utpote quas video non bene velle tibi. »
— « Talia — mus mutit — cane tu mendacia bardis;
Per me non fugies, bellua dira, necem. »
Haec in verba sui repetit mus limina tecti;
At mustela minax haud procul inde sedet.
Flectit iter; sed fit bubo truculentus eunti
Obrus; ea omni parte periela premunt.
Mus igitur, leviora ratus discrimina felis,
Captivam properat rursus adire feram.
Unum post alium secat omnes ordine nexus,
Ultima dum collo stuppea rincla cadant.

Rusticus hac ipsa, qui rete tetenderat, hora
Advenit, et quadrupes carpit uterque fugam.
Haud ita post, murem cum fæles forte rideret
Adstantem foribus sollicitumque metu:
— « Huc adest — exclamat — mihi da fraterna sorori
Oscula: quid? renuis mutua basiola?
Haec me non modice tua diffidentia laedit.
Hostis sumne tibi, foedere iuncta pio?
Uni post superos tibi vitam debo: mene
Immemorem tanti muneris esse putas? »
— « Immemorem vero — sic mus respondet — atrociis
Mene tui censes moris et ingenii?
Gratum ferre animum fælem num foedera cojunt?
Nutat, nec durat nata timore fides. »

CXVII. — TORRENS ET AMNIS.

Spumiferos torrens, saro delapsus ab alto,
Volcebat fluctus rauca sonantis aquae.
Qua ruit unda, stupor homines peculesque; viator,
Huc quem duxit iter, stat, paret, itque retro.
Ecce subit qui fert gemmas mercator et aurum.
Improba latronum quem manus insequitur.
Territus in flumen se prorifit, alveus ut iam
Praedones inter seque fragosus hiet.
Comperit esse minas tantum rauisque tumultus;
Quippe, metum praeter, nil capit inde mali.
Hinc tamen egressum pergunt urgere latrones,
Annis et emergit, qui secat urva, norus.
Lene fluit rivus, placidique soporis imago
Promittit facilem per rada tuta viam.
Ripa iacet plana hinc, plana illinc, ardua nusquam;
Aequore sub ritro mollis arena nitet.
Vectus equo, vir tentat aquos, ritaque latronum
Sicas, at liquidam non fugit ille necem.
Hanc nec eques potuit, nec equus depellere nando;
Cogit utrumque Charon regna subire Stygis.
Ira minax te clamosi ne terreat hostis;
Condita sed tacito terreat ira sinu.

(Ad proximum numerum).

huiusmodi. Se simae oves ha hyeme, cooper volueres, hom ulterius; habe non homines primum ovina sunt; magna similitudo; at ac delicate suscepimus ad velleribus ered saepe oculos u quod leviori op telasque suppe graves. Atqui — homines de g procul esse a tribus abhinc autem tres abh sequens morem, rarum orbem no quaedam consti ex quibus sensi invaderet, prim ad velitationibus favorem populi tisset. illico occ patis assidere, d quod mirabile e

4]

SELECTA EX

DE RECTA PRO

Vites arborescentes et sermo? Aquae vis sapient: serm vare vis? Non porporemque mutavit Ipsos Italos abiisse illa Cicero fatetur Plautus irridet venobis barbaris hominita, ut opinor, renumquam institutum mixtionem et influxum Hunni, Vandali insmoni fecerit haec e non perambularint Romati, armis sua Hoe modo interfuturna; itaque non rupta sonique versaria illa faece non Hinc Italiae ista et Hispanica, in q semen prisei ortus tine loqui a Latio versa, ut vix illa Ego hic interpell Et iam tum illo a Murete, fides.» — « Mihi hoc fidei in usu et via fuis languido aut emone narratione, quae i Mauritio imperato animans cecidisset NA, FRATER, un

(1) Cic., De orator

ramur, quae in mari
ri; quae in piscibus,
nstaaurata; quae in
imantibus restituta.
gris! Quantum decus
Qui nitor! Ubi in
s, non minora repe-
conehillis ad nullos,
ad sexcenta. Mirabe-
m molem? Numquid

*nmania cete
nit undique pontus?*

germinantibus non-
emplar eorum, quae
nta. Habent nonnulla
to appetet ubi corti-
s ubi pellem ferieris
ne minus hoc effluit,
ntibus. Habent ani-
dolem, sanguinariam
ab iis plantis, quae
iore sunt, et *lianæ*
ntium more, rapidis-
a tempore, quo mem-
ngunt usque ad ultimi-
muscipula sensitiva
t. Habent virus vi-
Ne mireris; idem
entius *upas*, acony-
donicus, et sexcenta

huiusmodi. Sed et blandissimae et mansuetissimae oves habent lanam, qua repellant frigora hyeme, cooperiant reliquis nidorum interiora voleres, homines vestiantur.... Ne quaeras ulterius; habes enim in gossypio eadem. Res non homines latuit, puto, iam ab exordio, ubi primum ovina vellera in filum deduci coepit sunt: magna enim inter lanam et gossypium similitudo; at gossypium longe mollius lana, ac delicatum longe magis. Hinc non modo suscepimus ad opus, sed praehabitum quoque velleribus credo; nam aspera mulieribus lana saepe oculos urit; non idem gossypium. Adde quod leviori opere, leviori negotio comparetur, telasque suppeditet magis plicabiles, et minus graves. Atqui-historiam sequor, quam scitissimi homines de gossypio narraturi constituerunt - procul esse a dubio videtur gossypii usus ferme tribus abhinc annorum millibus. Gossypium autem tres abhinc annorum millia, victorum sequens morem, agmina sua per universum terrarum orbem non modo explicuisse dimissa, sed quaedam constituisse quasi castra et stationes, ex quibus sensim excursitans novas regiones invaderet, primum incursione quadam iucunda, ad velitationibus tantummodo; posteaquam vero favorem populi erga se concitasset et convertisset, illico occupare omnia, feliciter in occupatis assidere, dominatione denique potiri; et, quod mirabile est, nulla invidia, aemulatione

nulla; nam saepissime icto foedere, pronuba fraude, avaritia pronuba, modo lanae, modo lino faustissime copulatur. Ego quidem, si omnia ad veteres retrahenda essent mores, nescio, gossypio reiecto, quibus gregibus preces admovendae essent de caelo demissuris, ut induimenti necessariis humano generi, vel saltem iis, quae necessaria putantur, non impares essent.

India utraque gossypii patria pluribus argumentis adstruitur, tum quia sponte ibi nascitur, tum quia nullis, aut ferme nullis infortuniis ibi patet, conspirantibus una caelo soloque. Quod igitur ibi commodum et opportunum erat, viatores, mercatores, peregrini deportarunt in eas praesertim regiones, ad quas vel redibant qui exsules olim vel commeabant ad utile negotiatores. Praecipua igitur oppida fuerunt quot erant in Perside, et ante Persidem in Mesopotamia; non enim eximiis huiusmodi spoliis Assyri reges, neque Chaldae, neque post hosce Persae caruissent. Quamobrem gossypium sequi eas gentes visum est. quae maximum obtinebunt imperium, haud aliter ac si esset triumphalis tabula deferenda penes currum victoris.

Nec rem indignam fide narramus; ubi enim Graecia praestitit praevaluitque Asiae, gossypii devehitur usus in Graeciam, a qua una cum ceteris, quae ad effeminandos fortissimorum animos, ad labefactandas robustissimo-

rum vires pertinebant, gossypium Romani acceperunt, ita ut, circa primordia secundi post Christum saeculi, Italia retia subtilissima ad coercendos matronarum suarum crines ex gossypio conflatia iniquo pretio acquireret. Cuique obvium et perspicuum est illa considerare, quae necessario fuere Bysantii, ac tota, quanta circum, regione, quo delatum imperium est.

At medio aeo, quod dicunt, Arabum praevalentibus agminibus et undique exundantibus, et ubique insidentibus, gossypium, quod cum ipsis peregrinabatur, easdem regiones incolere ac dominari coepit, quas ipsi incolerent ac dominarentur. Hinc in Siciliam ab Oriente demigravit, hinc in Hispaniam, Caroli Magni tempore, et forsitan longe antea. Certum est octavo saeculo in Hispania fuisse opifia, in quibus ex gossypio telarum genus, quas *fustagnores* appellabant, exstissem; idque ita verum, ut vel hodie in Italia, praesertim in Sicilia et Sardinia, et in ea Italicae parte, quae ad meridiem pertinet, huiusmodi telarum series *fustagni* adhuc appellebatur. Atque circa X saeculum Crucesignatis Europaeis ad recuperandum Christi sepulcrum nec semel nec bis contendentibus, emporium veluti quoddam gossypii in insula Cypro, in Asia proximiore, in Syria erat, ex iisque regionibus mittebatur ad nostras gentes rude, quibus excolebatur et perficiebatur et in telarum usus redigebatur. Puduit autem maiores

4]

SELECTA EX BIBLIOTHECIS ET ARCHIVIS.

DE RECTA PRONUNCIATIONE LATINAE LINGUAE
DIALOGUS.

Vites arboresque translatae degenerant; eur non et sermo? Aquae in fonte suo alter, aliter in rivis sapiunt: sermonem tu ubique indolem suam servare vis? Non potuit, et colorem, ut ita dicam, saporemque mutavit, trasfusus in tot gentium canales. Ipsos Italos abiisse in pronunciando a germanitate illa Cicero fatetur, quae in Romanis (1). Praenestinos Plautus irridet verba quaedam vitoise effrentes: in nobis barbaris horum nihil sit? Qui iam inde sub initia, ut opinor, rectam pronunciandi lineam firmiter numquam institimus, et magis ab ea excidimus post mixtionem et influxum tot gentium barbararum. Gothi, Hunni, Vandali inserti nobis; nec vitium aliquod sermoni fecerit haec contages? Magnum. Praesertim cum non perambularint haec loca, sed insederint, et, ut Romani, arma sua pariter intulerint, mores, linguam. Hoc modo interfuit quod mansio eorum minus diuturna: itaque non pronuntiatio tantum per eos corrupta sonique verborum, sed ipsa verba, et facta ex varia illa facie miscella quaedam et nova lingua. Hinc Italica ista originem suam habuit, hinc Gallica et Hispanica, in quibus Latii vestigia clara video et semen prisci ortus. Igitur Festus iure serpsit: "Latine loqui a Latio dictum est; quae locutio adeo est versa, ut vix illa eius pars maneat in notitia...".

Ego hic interpellans: - « Hoc ne Festus? - inquam. - Et iam tum illo aevo ita desita prisca lingua? Vix, Murete, fides ».

- « Mihi hoc fidum - inquit -. Et ante mille annos in usu et via fuisse italicum hunc sermonem scio, languido aut emortuo latino. Argumentum mihi ex narratione, quae in *Historia Miscella*, de rebus sub Mauritio imperatore gestis. Ait: "In exercitu cum animans cecidisset, clamante quodam TORMA, TORNA, FRATER, universas copias in fugam versas am-

biguo illo vocis... Agnoscis clare Italismum in iis verbis (1). Et alterum firmius, ab instrumento quod Lutetiae in bibliotheca regis adseratur. Transactio eo continetur Stephani tutoris cum Gratiano pupillo, scripta anno Iustinianaei imperii trigesimo octavo, et scripta hac vulgari lingua. At si sermo ipse romanus periret, qui ambigies de sono? Id est de re fragili ac flexili et ad omnem occasionem fracta frangi. Sed enim sermonem e liberis iterum instauravimus. Ita. Sed qua arte istum? Non enim serbitur aut pingitur, nec hauriri eum fas, nisi a viva voce. Quid verba facio? Sponsione provoco, ni tam corrupta hodierna pronuntiatio ista sit, ut si quis e veteribus togatis illis prodeat et nos audiat et vix verbum capiat et denis meis verbis. Sed expatior fortasse. Rem aggredior, et calcare incipiam has spinas. Tu penulam mihi, Lipsi, das? »

- « Quid ita? » - inquam.

- « Ut serio grammaticum agam, - ait - et ea me velem in has puncturas. Nam, ne nescias, veterum grammaticorum ille mos penula vestiri, Martianus Capella docte et scite ingerit: qui libri III initio grammaticam suam in Senatum deorum ingressam describit "penulatam ... Augustinus in I Confessionum ab hac ipsa causa, minutos istos magistros dixit penulatos: "Quis autem penulatorum magistrorum audiat aure sobria ex eodem pulvere hominem clamat: Fingebat haec Homerus, etc., " Et iam, apud magis priscos, advocati et causarum actores prodibant in hac veste. Tacitus, sive Quintilianus, in eo de causis corruptae eloquentiae: "Quantum humilitatis putamus eloquentiae attulisse penulas istas, quibus astricti et velut inclusi cum iudicibus fabulantur? " Bene "astricti et inclusi", quia talis illa ipsa vestis. Stricta inquam, corpus ambiens, et velut pressim includens. Ideo somniorum peritus ille interpres angustias et timores nunciari vult angusta ea veste.... » (2).

- « Euge! beas his sermonibus, - inquam. - Doces et dicas ore alio nondum dicta. Sed pergisne celeri hoc pede? »

- « Imo clementer nos volo, Lipsi, - ait -, et *zz:z* *zz:z* ».

(1) *Torna Italica est Verte, aut Redi.*

(2) *ARTEMIDORUS*, lib. II

Simulque silentio aliquo interposito, sic coepit:
— « Age, age; sperno iam carceres et serio ingredior in Iudicium hunc Circum. Vere Iudicium. Grammaticum enim sacrum ordior, et fio cum Aristophanoe Socrate *τοις τοις ταπεινωταις λαζαδην*. Me quidem iudice, ista nugae; sed tamen difficiles subtilesque nugae. Et bene ille (1) in hac re,

*Fronre exile negocium
Et dignum pueris putes:
Aggressis labor arduus.*

Sed et nugae fortasse utiles; si id saltem pervinci possit, ut non in lucem solum ista veniant, sed in usum: dignitas certe et splendor per ea concilietur Latinae linguae. Sed Deus et fatum hoc viderint: tu praetor mappam mihi iam misisti. Pronuntiatio, Lipsi, de qua agimus, a me definitur: "recta et legitima verborum expressio per syllabas litterasque... Reetam, capio eam, quae antiqua. Valet quidem in omni re Fabianum illud: "Vetera maiestas quaedam et, ut sic dixerim, religio commendat,; hic maxime, ubi nihil tenes nisi tenes priscum usum. Ratio aut acumen quid te adiuvent? Iaceant in hac parte necessum est; et frustra aliquis a se sapient in lingua, quae peregrina tota et aliena, in qua una veri via, olim tritam viam vidisse. Tu advena et novus si in italica hac, praeter ipsos Italos, praevisias aliquid, aut praecipias: risum nobis iure debebas. Pariter barbari, si in latina. Dixi "per syllabas litterasque,, ut dupliceam eam ostenderem "elementarem,, et "accentualem,, Illam appello, quae in notis ipsis litterarum exprimendis cernitur; hanc, quae in syllabis apto tono ac modulo attollendis, sive deprimentis. In his enim duobus tota pronuntiatio posita. Ordinar ab elementari igitur, et decursa ea transibo ad accentus. Elementa sive litterae (etsi Priscianus distinguit, et illa proprie dici de sono litterarum vult, has de figuris sive notis) viginti tria Latinis. Ea divisa in duas classes, vocalium et consonarum; quibus addo et tertiam diphthongorum, quae ex vocalibus mixtae. Omnes eas, certe plerasque, aut male a nobis efferrri aut mutile, hoc docebo; tu attende: ego de vocalibus vocalis primum ero, quae quinque sunt, A, E, I, O, V.

(Ad proximum numerum).

I. LIPSIUS.

(1) Terentianus Maurus.

(1) Cic., *De oratore*, III.

nostros ea ab exteris comparare, quae e solo suo videbant optime germinare; itaque in Siculis primum, deinceps alibi ita erexit industria gentium, ut vel in ipsa Germania non absurde XV saeculo gossypium coleretur. Tureae in peninsula, quae a «Balkanis» dieitur, plantam hanc intulerunt. Sinensium regna, Indis proxima iam ab inde, neque multo post quam inventum et in usus communes gentium redactum est, gossypium praeripuerunt. Saeculo autem XIV circiter, magna sedulitate in hoc Seres incumbebant, atque e Sinis in Coream, in Iaponenses insulas processit. In Asiatieas regiones, in finitimas insulas, in Australiam delatum est; ubique enim invenitur. At quo delatum tempore fuerit ignoramus.

Item dicendum de America; nam et in Mexico, et apud Peruvianos, et apud Brasilienses gossypii usum, culturam curamque nostri, qui primum illue appulerunt ex Europa progressi, invenerunt. At primi illi nescio qua de causa prohibuerunt impediveruntque quominus indigenae et colerent et uterentur; verumtamen brevi, forsitan usu et praestantia cognitis, concesserunt, pristina restituerunt, ac praeconio quadam sunt proseeuti *gossypium Barbadianum*.

Verum XVIII saeculo maxime in America invaluit, ubi homines machinas adstructas gossypio texendo, in fila deducendo, carminando impensis dederunt. Helias Whitney machinam confecit, qua lana gossypii seminibus mundatur. Hinc longe facillime reliqui labores; accesserunt quae vapore moverentur inventa; mora non fuit quominus gossypium Americanum rude omnes civitates Europae compleverat. At aestuante Americano bello inter eos, qui de servitute refinenda vel abiencia nigrorum atrociter pugnabant, in foederatis Ameriae septentrionalis civitatibus ferme nulla gossypii colendi eura fuit, atque inde caritas et inopia ruris lanae Europaeas gentes premebat, quae proinde in Italia, in Hispania, in Mauritania, in Algeria, in Natali, in Queenslandis restaurandam gossypii culturam, vel invehendam et constituendam curarunt. Nec res alio cecidit ac speraverant. Sed, peracto bello, conciliata pace inter se, Americanae gentes iterum intermissa suscepserunt, et quia minoris vendebant et venditabant, nostros negotiatores omnes ad sua converterunt. Non tamen ita ut ab Aegypto et a centro Asiae omnia removerint; quapropter manet his regionibus deus adhuc et utile, sed exiguum utrumque; nam America praebet in gossypiis 70 %, quod quidem fortassis et crescat quia et illic institutae sunt machinae ad conficiendas telas gossypiicas, quae longe minoris quam nostrae venales aguntur.

Quid vero fiet si America gossypium omne rude sibi vindicaverit, nec vendere Europaeis voluerit, vel tali veitigali oppresserit, ut nullum mode emi possit?

P. ALEXIS.

ANNALES.
Macedonica sedatio — Africana bella — Sinenses res — Regalia pacifica itinera.

PESSIMAE, eaque in dies gravissimae Macedonum res. Ex improviso enim quod tamdiu latuerat odium in Tureas exarsit, Saloniki

per vias prorompens, atque elades, incendia, ruinas portans.

Missiles globos ignita pulvere potentissima refertos, quem a δύναμι vocant, in publica aedificia perduelles iecere; ita ut Turcae feroeissimi, ultionis desiderio incensi, urbis vias discurrant christieolas passim aggressuri, Bulgarosque praesertim, quorum domus lustrant armis, quos captivos centenos dueunt, quorum tempora violent, sacerdotes atque episcopos sui iuris faciunt. Quinimo ruere iam eos videbas ad omnium christianorum exterminium, nisi ipse Byzantinus rex, ne Europaeae ceterae civitates vim suam interponerent pertimescens, arma continuisset. Attamen augetur per Macedonum fines seditiosorum adrogantia, quorum centuriae hue vel illue convenient, ut Turcas adoriantur; pugnae sic iterafae ad Mitrovitzam, ad Benitza, ad Carspetitza urbes: fusi plerumque Macedones, at brevi redintegrantur eorum vires, idque certo certius a Bulgariis finitimus, quorum maxime interesse videtur, ut res omnis in pessum ruat. Quare iamiam a Turearum imperio parari bellum in Bulgaros tradunt; quos si aliquando fuderit restinctam seditionum causam habebit.

★

In Somalum terra resurgit Anglorum fortuna. Manning imperator, facto praelio, Cobbes tribuni legionem a summo discrimine liberavit, atque secum abduxit: quinimo Plunkettii caudem ultus est, nigritas summa clade fundens atque disperdens. In Mauritania autem res sensim conversae videntur ad pacem, quinimo recentissimo nuncio Melilla ab urbe enarrant perduellum ipsum ducem Bu-Hamara sua ipsa inter castra proditoris ferro esse necatum; quae si vera fuerint totum bellum conclamatum diceamus.

★

De re Sinensi innovata cura apparuit cum Russi dicerentur, antequam a Mandchouria provincia discederent, eas Sinensibus condicione imposuisse, quae contra foedus commune gentibus recens iustum pugnarent. At obnubilas has voces novi Russorum nuncii inanes fecere, etsi verum sit agi adhuc Russos inter atque Sinenses negotium de provincia illa derelinqua. Russis tamen non ea mens est, quam calumniabantur, ut ab illius regionis finibus omnia commercia ceterarum gentium prohibeant.

★

Verum supremi horum dierum fasti, hisce non obstantibus belli rumoribus, pacem canunt. Eduardus rex, post Romanum, Lutetiam invitis summa comitate exceptus a civibus, ita ut veterem illam invidiam abolere sit visus, et aemulationem, quo finitima gentes incendebantur. Wilhelmus autem, Germanorum Caesar, Italos, iam a diurno tempore suae gentis socios, iterum salutavit, ac Pontificem summum in Vaticana aree solemni pompa adivit. Non facile innueris quae inde maturent fatorum decreta, quae speramus eisdem et bona et fausta et cunctis pariter salubria futura.

POPLICOLA.

PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS.

In Anglia habita disceptatio de summa expensarum in novum annum eroganda, praesertim pro bellicis rebus. Vectigal autem novum frumento impositum ob Transvaalianum bellum.

In Argentina republica iterum sessio utriusque coetus inaugura est Roca praesidis oratione, quae laudati sunt atque enumerati conatus, quibus paulatim gens omnis ab infelici conditione erecta est, et suas opes et suum nomen firmavit, ita ut fausta futurae aetatis auspicia illueant.

In Hungaria de re pecunaria non sine gravi tumultu coram municipiis actum; Colomanum Szellum enim, rationem expensarum reddentem, Solongi adversarius acriter de violata lega arguit; illo autem inter tumultuantes legatos frustra sese tueri nitente, intercepta sessio est.

In Iberia electiones ubique habitae ad oratores populi delegandos ad comitia, quorum vero exitus illi praesertim factioni favisse videtur, quae regiae auctoritati adversatur. At Silvela, supremum administrum, rex novo mandato confirmavit.

SCRIBA.

LIBRI RECENS DONO ACCEPTI.

Prof. ELIA MILLOSEVICH. Commemorazione del P. Angelo Secchi letta nell'Aula Magna del Collegio Romano. — Romae, ex off. R. Academiae Lyncaeorum, MDCCCCIII.

CARLO LUIGI TORELLI. La passione di Gesù. Bozzetti drammatici in versi. — Ex off. Vincentii de Girolamo ad Sancti Severi, MDCCCCIII.

RAFFAELE CIANFROCCA S. P. Prosodia e metrica della Lingua Greca ad uso delle scuole liceali. Novissime edid. officina Salesiana, Romae, MDCCCCIII.

De copiosioribus novorum verborum apud Vergiliū ordinibus scripsit ROBERTUS MICHELETTI. — Camerani, typis P. Giorgetti, MCMLII.

CESARE A. DE CARA S. I. Di alcuni criteri incerti nella paleontologia, archeologia e storia antica. La scoperta delle tombe nel Foro Romano e il criterio cronologico. — (Excerptum e romano commentario Civiltà Cattolica, ser. XVIII, vol. X, fasc. 1269).

IGNATIUS TORRADA FLOT CORNET. Cor Iesu praedicandum. — Romae edid. Desclée, Lefebvre et Soc., MDCCCCIII.

AENIGMATA

I.

Dixit Aristoteles: « Logiae sit regula princeps:

— — — O O ».

KANDYENSIS.

II.

Sum dux parva viae, eum nox compleetitur orbem,

Cynthus et fessos aequore mersit equos:

Ventrem tolle, nihil me mollius esse videbis;

Ventri iunge caput, durius esse nihil.

Ex sociis, qui utriusque aenigmatis interpretationem ad Commentarii moderatorem miserint intra duos menses, unus, sortitus, gratis accipiet opus, cui titulus:

S. AMBROSII DE OFFICIIS LIBRI TRES.

(Edid. I. Tamiettus).

Aenigmata an. VI, n. VI proposita his respondent:

1) Venenum; 2) Agesilaus.

Ea rite soluta miserunt:

E. Burg, Argentoratu. — Rich. Malotta S. L., Bruxelles. — Petr. Garrone, Pezzana ad Verrellas. — Georg. Maurer, Bonna. — F. Arnori, Mediolano. — Benvenutus e Foro Cornelii, Faentia. — Car. Stegmüller, Soabaria. — V. Hertel, Mindensio. — Petrus Tergestinus. — Guil. Müller, Monachio. — Ant. Lassota, Sutrio. — Collegium Scholarum Piarum Stellae.

Sortitus est praemium

PETRUS TERGESTINUS.

ad quem missum est PETRI ANGELINI opus, cui titulus

LOLLIUS

SIVE

DE PROVECTA LATINITATE.

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMAE — Ex officina Petri Phil. Cuggiani.

BEM COETUS
ENDIS.

tio de summa expen-
sanda, praesertim pro
novum frumento im-
peditum.

iterum sessio utriusque

praesidis oratione, qua

conatus, quibus pa-

conditione erecta est, et

avit, ita ut fausta fu-

t.

niaria non sine gravi-

un; Colomanum Szell-

im reddentem, Solongi

lege arguit; illo autem

tra sese tueri nitente,

e habitae ad oratores

horum vero exitus illi-

tur, quae regiae aucto-

ipsum administrum,

SCRIBA.

0 ACCEPTI.

memorazione del P.
a Magna del Collegio
Academiae Lyncaeorum,

passione di Gesù. Boz-
Ex off. Vincentii de
CCCCCIII.

P. Prosodia e metrica
le scuole liceali. No-
Romae, MDCCCI.

erborum apud Vergi-
tus MICHELETTI. —

MCMII.

Di alcuni criteri in-
ologia e storia antica.

o Romano e il criterio

romano commentario

vol. X, fasc. 1269).

ORNAT. Cor Iesu pae-

clee, Lefebvre et Soc.,

ATA

sit regula princeps:

KANDYENSIS.

complectitur orbem,
e mersit equos:
llius esse videbis;
s esse nihil.

aenigmatis inter-
arii moderatorem
s, unus, sortitus,
titulus:

LIBRI TRES.
ttius).

ita his respondent:
esilaus.

otta S. L. Brzozow. —
— Georg. Maurer,
venutus e Foro Cor-
tabaria. — V. Hertel,
uil. Müller, Monachio.
n Scholaram Piarum

s,
INI opus, cui titulus
ITATE.

MPI, iurisperitus.
il. Cuggiani.

SOCIIS ET LECTORIBUS COMMENTARII NOSTRI HUMANISSIMIS.

Neminem vestrum fugit quanti momenti fuerit Latinitatis Conventus pri-
mum Romae congregatus, unde et Latinitas et ipse Commentarius noster, — qui,
uti promiseramus, et videre vobis fuit, in primis ordinibus decertavit, — novas
sibi vires auxerunt. Atqui semina ne incassum fuerint iacta! Oportet enim ut
omnes qui Latinitatem vere colunt atque procurant arctius inter se ac nobiscum
iungantur. Neque verbis aliis opus est *Voci Urbis*, Sociorum benevolentiam in
dies experienti, ut rem iterum iterumque commendet, utque rationes suggerat,
quae facilis ad optatum finem adducant. Id tantum monitum volumus, nos fasci-
culum huius anni IX, Conventus gentium acta primum latine scripta continentem,
plurimis exemplaribus typis mandasse, ut quam maxime diffunderetur, eaque
cuique petenti cessuros exiguo pretio Libellae unius (Doll. $\frac{1}{4}$; Marck 1; Rubl. $\frac{1}{2}$;
Coron. 1) pro denis fasciculis.

PER ORBEM

WILHELMO Caesare per Italos discurrente
ataque messem plausum colligente, per-
gunt intrepidi filii Germaniae fortissimi novam
vicissim parare patriae gloriam. Narraverunt
enim vulgaruntque his diebus, doctores quatuor
ex militia, qui ad polare iter australe profecti
fuerant, Kerguelen in insula hibernia posuisse;
Enzerberger vero, virum doctissimum, qui tan-
ta ad rei exitum felicem contulerat, vita esse
functum ob nimios labores, quos, doctrinæ
studio captus, suscepere non dubitaverat.

Hunc dum virum clarissimum, media in gloria
fato corruptum, effuso fletu lugemus, Maroen-
nium nostrum redeuentem in patriam fauste
feliciter summa laetitia exceptimus. Vix enim
dicere est quanta multitudo populi viro elati-
ssimo Roman attingentib[us] obviam eucurrerit et
quantis plausibus aula stationis maxima re-
sonuerit. Quinimo eo auctus est populi favor,
ut iam a parato curru equos solverint, ipsi
se ultra despondentes brachio et humeris quasi
triumphali more domum pertracturos virum.
Quae quidem signa, ni fallimur, argumenta
sunt novae aetatis atque novae mentis homi-
num. Iam enim quae pompa olim bellorum
victores manebant, manent hodie summos dis-
ciplinarum alumnos, qui non in necando, sed
in iuvando fratres omnem ingenii aciem, vim
omnem laboris contulerint.

¶
Quid iam? Pax firmiter evadit in dies post
frequentia itinera regum maximorum Imperatorumque;
modo Hagensi illi coetu atque
tribunali supremo domus addita est a Niciensi
regulo illo ditissimo, «aedes pacis» vocata,
ubi sit profecto carissimae deae veluti domi-
ciliū, ubi legati omnium gentium in unam
eamdemque contendant metam, ut populos a
bellis omnibus toto nisu deterreant, ut ad
servandam concordiam multopere conspirent.
Erunt ibi pacis musea, erunt bibliothecae, erunt
quoque armorum omnium simulacra, ut, subiecta
e re, viri doctissimi quid inde sit detrimentum
futurum apte dimetiantur, et aequalibus enar-

rent. Atqui confidimus de re tam utili omnes
esse edocendos sermone omnibus pariter apto;
latino dicimus, quem in recenti coetu ap-
sistum conserendas quoque omnium amicitiae
ligamen est animadversum.

¶
Ecce immo nova pompa, eaque auspiciata
feliciter, ut campanariae turri Venetae insigni
iterum extollenda primus lapis poneretur. Ea
aliquid novum conferre visa est et ipsa ad
hanc, de qua omnia novissima agunt, pacem
et amicitiam foedere consacerdant amico. Si
enim adfuere, ut ius erat, ex Italia regia domo
principes, italus Studiorum Curator, adfuit
quoque et Gallus Chaumé, quem audiverunt
Itali gestientes de amicitia dicentem inter utramque
gentem feliciter restitutam. Interea Eduardus,
Anglorum rex, ecce ab aemulis, qui vide-
bantur, Gallis Lutetiae non sine gaudio populi
acceptus... At iam mihi video discurrenti
per orbem et potissimos eventus colligenti,
maiora carmina ausurus quam modestum la-
borem deceant. Ea tamen fuit feliciter ipsa
factorum natura unde laetari mihi, quod per-
raro contigit, hoc ipso ab itinere fas fuerit.

¶
Ponam modo, extremum laetitiae huius si-
gnum, epulas, quas in summo Palatio latinorum
gentium legati una discumbentes celebravimus.
Dignum immo nostra concordia censeo ponen-
dam heic lapidem, ubi ipse ferro scribam quae
dedit custos Augustae domus tardis nepo-
tibus edenda. Chartula cuivis discumbenti tra-
dita ita monebat:

COMITIUM · ROMAE · INDICTUM
LITTERIS · ET · ARTIBUS · LATINIS
VINDICANDIS.

Sedebat ad latus chartulae optime delineat-
tus rubro colore Genius loci in columnae ru-
dere, qui singulos ita adloqui videbatur:

SACER · SUM · CUSTOS
AUGUSTORUM · DOMUS
INTER · PALATINA · RUDERA
AMPHITHEATRUM · FLAVIUM · VERSUS
XI KAL · MAIAS · AN. MDCCCI
DIE · NATALI · URBI
HOC · VOBIS · PARAVI · CONVIVIVM

Iuseulum. — Pulmentum laganis iocinori-
bus, gallinarum aedinis, cerebellis. — Lumbos
vitulinos cum pisis nostratis. — Asparagos
butyro madidos. — Pullos assos cum lactucis
— Ofelia. — Laudensem caseum. — Poma.

Cynthianum merum, Horatianum Graecum
ex dono Sebastiani Apostolici, Conelianum effe-
vescens ad propinandum.

Potionem e faba arabica.

Quae ut ea die, numquam obliviscenda, pro-
fuerunt praesentibus, ita hodie reliquis sociis
qui participes epularum per carmina super
impressa facti sunt, ad commune studium pro-
sint.

VIATOR.

VARIA

Donum singulare.

Trahit sua quenque voluptas. Atque hac, et
singulari quidem, tracta nuper est matrona
quaedam, quae Neo-Eboracensi bibliothecae
donum dedit... Quomodo vocabo? Nuncup-
pone involverum, illud quoddam, quo mille
circiter chartulae cenarum prandiorumque
notis et obscuriorum nomine singulorum in-
scriptae enucleantes continentur? Age; nuncu-
pabo. At involverum hoc sigillis signatum est,
neque cuiquam fas erit ea rumpere et intus
legere, antequam quinquagesimus huius saeculi
adventus annus. Tunc aperietur, et qui vivent,
scient quid maiores eorum in Sinis, in Moshis,
in Pannonia, in Britannia, in Italia, in Japonie
comederent in eunte saeculo...! O caput An-
teyris!

Maxima vaporitraharam.

Machina haec immanis apud Anglos est, et
ad ungues apud Societatem, cui nomen *Great
Western Railroad*. Decem rotis imponitur, ex
quibus geminae sex. Rotae moventes diamet-
rum m. 2,04 habent; cylindra barbatos habent
m. 7,62 oblongos, diametr. m. 1,50 in media.
Superficies cacabi ignibus patentis exstat metr.
qu. 222. Fragore annuntiatur in ferreis axibus
a decimo chilometro. Velocitas, impetus, vehe-
mentia, potentia vix credibiles.

P. d. V.

PROSPECTUS SUBNOTATIONIS
COMM. VOX URBIS IN AN. MDCCCCIII

Pretium subnotationis est in Italia Libell. 10; ubique extra Italiam Lib. 15; M. 12; Sch. 12; Doll. 3; Rubl. 6; Flor. 7½; Coron. 15 *recto tramite* mittendum ad

ARISTIDEM LEONORI EQUITEM
COMMENTARII "VOX URBIS,, POSSESSOREM ET ADMINISTRATOREM,
ROMAM, via Alessandrina, 87.

PRAEMIA SOCIIS CONSTITUTA.

Qui pretium uti supra miserit infra lanuarium mensem anni MDCCCCIII, praeter Commentarii numeros omnes qui edentur ipso anno MDCCCCIII, accipiet *ad libitum*

- a) Librum (vulgo « album ») praecipua Urbis referentem, pulchritudine insignem, atque Commentarii moderatore iubente expresse adstructum; *sive*
- b) Urbis e laniculo monte prospectum (Tabulam aere cusam metr. 1,10 × 0,24); *sive*
- c) Collectionem chartularum electissimarum, quae distinctae coloribus plurima de Roma, iuxta optimarum artium placita, referunt.

QUI NOVOS DABIT SOCIOS

eligit insuper:

- a) Libros de disciplinis omnibus, de bonis litteris, de Ecclesiasticis rebus quolibet e bibliopolarum catalogo, usque ad dimidium subnotationis annuae suae, id est in Italia ad Libell. 5; extra Italiam ubique ad Libell. 7, 50; Marck 6; Sch. 6; Doll. 1½; Rubl. 3; Flor. 3½; Coron. 7½. Ipse electos libros describat atque Commentarii administratori significet; gratis mittentur, excepto impendio diribitorio Reipublicae debito; *sive*
- b) E picturis Urbis grandes duas, photographice redditas, prout voluerit ac significaverit; usque, ceu supra, ad dimidium annuae subnotationis;
- c) *Sin potius cupierit, dimidium subnotationis pretium ei remittetur qua pecunia dimiserit.*

Hac ultima conditione (c) modus datur sociis, quo si binos dederint socios novos, ipsi *gratis* Commentario fruantur; sin, possint amico favere, Commentarium dimidiato pretio praebentes.

Notatum vero plane volumus nos nova omnino sociorum nomina exspectare tradenda; non enim socios novos umquam existimabimus eos, qui nomen suum olim iam Commentario dederunt.